

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Huswedel

**Rector Academiae Rostochiensis Johannes Huswedelius Graec. liter. Prof. Ad
exequias ... Dn. D. Ernesto Cothmanno ... Hodie celebrandas & frequentandas,
Omnes Academiae Cives Officiose & peramanter invitat**

Rostochi[i]: Pedanus, 1624

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746960697>

Druck Freier  Zugang





Kl. 241. (2.) <SON>



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn746960697/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746960697/phys_0003)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn746960697/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746960697/phys_0004)

DFG

11

RECTOR
ACADEMIAE ROSTOCHIENSIS
JOHANNES HUSWEDELIUS
Græc. liter. Prof.

Ad exequias

Magnifico, Amplissimo, & Consultissimo,

DN. DERNESTO
COTHMANNO,

Consiliario & Cancellario Gustrovieni Megapolitano, Jaris Professori primario, Academiæ Syndico,

Hodiè celebrandas & frequentandas,

OMNES ACADEMIAE CIVES OFFICIOSE
& per amanter invitati,



ROSTOCHI

Excudebat Joachimus Pedanus, Acad. Typog.

ANNO M. DC. XXIV.





N tristi atq; acerbo discessu Viri Magnifici, Ampliss.
& Consulitissimi, Dn: ERNESTI COTHMANNI,
Iuriscons. Syndici, Antecessoris Academici & Cancel-
larij Megapolitani, si ipsa Academia vocem edere vel
calamo affectum suum testari posset, atq; ita cives
suis ad officium vocare: absq; dubio; sibi duas res a-
gendas esse videret, merita nimurum hujus viri expo-
nenda, & magnitudinem sui doloris exprimendam.
Cum vero neutrum ipsa possit, mihi vero ex omnibus
quam minimum idoneo be partes in fine magistratus
laboranti inposita; optimum factu videtur, ni fallor, si Timantem pectorum
imiter & partim velo tegam, quod exprimere nequa, partim compendio utar &
gigantis metiar pollicem, qui ipsum totum & in augusta tabula non possüm expo-
nere. In quo præter ceteras causas, me confirmat, eorum conscientia, qui merita
hujus viri & laudes ijs debitas ex yis que ipsi sciunt magis quam qua a me scribun-
tur ponderare & estimare possunt. Igitur patriam, genus, parentes ne primis qui-
dem lineis indicarem, nisi ad merita ejus pertineret, majorem illis attulisse laudem
quam ab illis accepisse. Natus est enim Lemgovie in Westphalia, que quidem pra-
stantissimos Viros tulit, quam plurimos, neminem tamen, quod circa cuiusquam
injuriam dictum sit, cui nosfer heros sit secundus, quig; plus ei nominis conciliaver-
it. Et ea quidem familia natus est, que cum pervetusta sit, celebris, patritia &
consularis, nulla tamen re adhuc celebrior, quam quod nostrum istud fidus produ-
xerit, cuius radijs illustrata alibi quoq; notitiam sui propagaret. Tum ijs parenti-
bus, quibus cum nonnihil debeat, itidem plura videtur reddidisse. Patrem enim
habuit DIDERICUM COTHMANNUM Conf. Reip. Lemgoviens. virum
spectatae Virtutis & integritatis, cuius fides, industria, & opera isti Reip. insigniter
navata, plurimum profuit, eaq; causa ab omnibus bonis unice dilectum. Matrem
vero ex antiqua GROTHENIORUM pro sapientia oriundam CATHARINAM,
DIDERICI GROTEN ejusdem Reip. Consulitissimi filiam, ALEXANDRI in eadem Rep. Cons. spectatissimi & purioris doctrine Christiane, qua
per Dei Gratiam hodieq; fruitur, & ut fructu ejus perpetuo gaudear, Deum pre-
camur, Instauratoris pia memoria dignissimi, neptem. Erat igitur bonus & laude
dignus nosfer ille heros Διότο Φύνας εξ αρχήων, ut Plato autumat: quod ei con-
tigit anno seculi superioris quinquagesimo septimo, die sexto Decembris. Preter or-
tum honestissimum, debuit ijsdem parentibus hoc ortu dignam educationem, que
communi eorum diligentia sollicitè procurata est: donec mater octavo anno post,
seculi

Seculi sexagesimo quinto, die decimoquarto Novembris pia morte ex hac vita discessit, ac marito curam filij, tanquam preciosissimi depositi, integrum reliquit. Hunc iste verius initijs Christiana religionis recte ac penitus imbutum a se in Scholam Dusseldorpiam dimisit, ubi linguarum & artium fundamentis bene jactis ad maiorem crescentis ingenij ac judicij cultum a patre Helmstadium, Marpurgum & alias Germania Academias, in quibus Jurisprudentie studia florebant, ablegatus fuit, qua & natura arcano instinctu & summa patris voluntate indolem filij probante sub clarissimis preceptoribus Nicolao Vigelio, Valentino Forstero, Regnero Sixtino & alijs exquisita diligentia ac indefesso labore sic tractavit, ut brevi tempore & ipsa fundamenta solide poseret, ac non penitendis progressibus visendam structuram in ijs excitaret, eamq; patri plus satis adprobaret. Jam Dei providentia huic Academiae civem, Syndicum, Professorem, Provincia Megapolitana Consilarium & Cancillarium adornabat, cum patrus jussu, in cuius voce Dei vocem & fatum agnatum venerabatur, buc vorsuni iter cepit, & auspicio perde feliciter ad nos venit. Ac primo statim adventu dotes ingenij, doctrinag; copiam docendo alijs explicat. Vino vendibili, ajunt, non opus est suspensa bedera, quod proba merx emtorem facile alliciat: ita noster iste heros mature ostendit, quid ara lupinis distarent in docendo, cuius & methodum rectam insisteret ac legitimum de jure disputandi usum ostenderet, magnumq; ex precipuis ingenij, quibus ille se ducem præberet ac faciem preferret, numeruna sibi conciliaret. Agnoscunt illud hodieq; plurimi & clarissimi viri qui passim in Academij, principum aulis, ac civitatibus Remp. feliciter administrant, ac diteris subinde missis gratam sibi ejus beneficij memoriam constanter durare libenter satentur ac testantur. Neque cum in hoc Virtutis tam illustri atrio versaretur Honoris templum ei occlusum esse potuit: quem ei supremum ob eximiam utriusq; Juris peritiam illistribus documentis cognitam contulit Vir Ampliss. & Consultiss. HENRICUS CAMERARIUS Juris apud nos eo tempore Professor clarissimus, idq; atatis anno septimo & viii, qui erat seculi octogesimus quartus. Hoc honore illustris Witebergam abiit ac frugem ingenij famamq; nominis jam tum clarescentem ibi quoq; sparsit, sed occubato satorum nutu buc reversus, cum priorem telam exercitorum, rogatu multorum Juris etiam Candidatorum redorius esset ac feliciter inchoatū pertexeret, biennio post acceptos honores eruditionis juridica, Deus arbiter fatorum voluit eum honore splendidissimorum matrimonij ornare, & huic Academiae nostra etiam isto vinculo attrahit & adstrictum servare. Et sane dignus erat jam tum, cui sua Virtus & existimatio primariam virginem conciliaret. Erat eo tempore Dn. D. FRIDERICUS HEINRICHIS Juriscons & antea Professor, tunc vero hujus urbis ac Reip. Consul ampliss. ac Syndicus integerrimus laudabilissimusq;, is cum optimè ju-

dicaret

a 3

asaret de nostri heros ingenio, ac majora etiam honorum incrementa & clariores
accesiones auguraretur, suam ei filiam letissimam & pudicissimam Virginem.
ELISABETHA M legitimè sponsam in matrimonium collocavit, nunc vi-
duam acerbo discessi amantissimi conjugis tristissimam: qua cum ita vixit, ut in
gratiam eum offensa redire nunquam necesse habuerit, & quing, ex amabili con-
jugio liberos matrimonij fructus susculerit. Quorum primus Anno Christi 1588. die
13. Octobr. natus & eadem hora post acceptum baptismum denatus est. Alter bien-
nio post editus die 10. Martij & avi paterni nomen in sacro fonte adeptus usq, ad an-
num 5. hujus seculi, diem 7. Junij superstes fuit, adolescentis pietatis & indolis eximiae,
sed adolescentia vix ingressus in star flosculi acerbo & prematuro obitu sublatus fuit.
Tertio filium quoq, fibronata gressus est, Anno 1593 die 7. Decemb. adhuc Dei gratia
superstes & in felici matrimonio Clarij Consultissimq, Viri Dr. LAURENTII
STEPHANE JCt & Professoris eximij, college & amici nostri honorandi, cui Anno
decimo hujus seculi colloqua fuit, storensem; nunc vero ex desideratissimi & eterna
pietate colendi parentis obitu in acerbissimo luctu constituta: ex qua duos nepotes
(quorū alter **ERNESTUS** puer saevissime indolis & optimæ spci adhuc superstes)
& sex nepess (quarum tres **MARGARETA** **ELISABETHA**, **ELISA-**
BETHA, & **ANNA** per Dei gratiam adhuc in viris avum gravissimis curis
oneratum infantili dulcedine sepissime refecerunt, runc ejusdem presentiam desi-
deratam curiosè nec sine lacrimis requirunt. Quarto loco natus est **FRIDE-**
RICUS materni Nomen avireferens, animi & ingenij dotibus & avos & pa-
rentem, adhuc superstes, qui postquam in diversis, ijsq, celeberrimis Germania Aca-
demis ad nominis paterni longe lateq, cogniti gloriam magnis passibus feliciter
contendit, in patrem vocatu patris reverfus, magno eoz efficacissimo solatio, ut
ante abitum, ita sui redditus hoc triennio adspersit, tacitq, letitia perfusum ac de-
libutum reddidit. Quinto natus est filius Anno hujus seculi primo, die 29. Augusti,
sed in partu diffciliori statim exsuctus. Alter iste fuit honoris gradus, in quo vir
sapientissimus experiri coactus est, mixtam conjugij & absynthiis conditam ac tem-
peratam felicitatem, quamamen sic usus est, ut non majorem ex exceptis liberis me-
torem caperet, quam ob superstes gaudio frueretur. Excepit istum anno proximo
87, gradus tertius longe amplissimus ac splendidissimus, in quo prostitit, que & no-
minis immortalitatem & posteritatis gratitudinem ei pepererunt. Cum enim Illu-
strius ac Celsus laudatissima memoria princeps **HILDERICUS** dux Me-
gapolenis crescentes ejus virtutes, in considerandis ac judicando rebus devothyte
& prudentiam, integratatem vero, dexteritatem ac felicitatem in agendis animad-
vertisset, primo consilij eum adhucuit, tum judicio provinciali, denig, Consistorio
Ecclesiastico confessorem delegit. Quo in honore cum sibi gravem adversariam con-
stitutam

stitutam & paratam esse videret, incredibilem & ipsius principis & provinciae &
Academie & hujus urbis exspectationem, una hac re eum facile vincebat, quod
statueret, quarum laudum gloriam adamaret, quibus artibus ea laudes compa-
rantur, in ijs esse elaborandum; id ita fecit, ut omnium exspectationi non solum re-
sponderet, sed eandem saperaret, apud ipsum principem imprimis, qui & merita suo
precio estimare poterat & estimata compensare. Hujus autoritatem & exemplum
secutus Illustrissimus ejus frater ac successor Dux CAROLUS qui a praeclere effore col-
latam ei dignitatē non solum confirmavit sed & Reverendissimo ac Celsissimo Prin-
cipi ac Domino Dr. JOANNI ALBERTO ut in consiliariorum suorum collegium
adoptaret, autor sua soror, exsuffit, cuius gratiam & clementiam sua fide, industria
ac prudentia tantam acquisivit, ut sua Celsitudo, cum Duci CAROLI obitu
anno 1610, clavum sue provinciae capesseret, sublimi Cancellariatus munere sive
ornandum sive onerandum censeret. Idq; hactenus ita sustinuit noster heros, ea vi-
gilantia procuravit, industria administravit ac dignitate gesit, ut prius, quam
ipsum vita desitueret, princeps dimissurus non esset. Singularem ejus in eligendo
Consiliario & Cancellario prudentiam, in estimandis meritis iudicium, in reti-
nendo constantiam jure meritoque prædicat, qui hunc Agmemnonem huic Nestori
gratulati sunt & clementiam ejus, gratiam ac benignitate laude immortali di-
gnam in isto declaratam cognoverunt. Vt in extremo hoc vite actu, cum alijs mo-
dis laudatissimus princeps affectum suum testari non posset, iusgit subinde medica-
menta varia & preçiosa ægro decumbenti ex instructissima sua pharmacotheca
subministrari, quorum usus, si principis favore respondisset, suamq; efficaciam exer-
cere potuisset, hac qualicunq; opera nostra nunc opus non fuisset. Cum vero se non
nihil, imo longe maximam suæ virtutis ac felicitatis partem alma nostræ matri A-
cademie debere non solum agnoscere grato animo, sed & libenter & frequenter
& splendide merita ejus in se prædicaret, facile passus est se Anno 1595 in ordinem
professorum vocari & cooptari licet negotijs & multis & gravibus qua privatim,
qua publicè jam satis superg; distractus esset. Vicit tamen amor & studium bene-
merendi de bene merita, & quod honorisve offerebatur, eo suscepit animo, quo
solent, qui de occasione gratitudinis & officiis benevolentie declarande oblata,
sibi gratulantur, easq; sic usus est docendo, disputando, consulendo, patrocinando,
ut apud plurimos, imo infinitos gratiam huius officiis invenerit immortalem, apud
nonnullos vero etiam calumnia, odij, invidiam messem collegerit longe maximam.
Idem amor & studium bene merendi de hac provincia ejusq; commodis proficien-
di, fecit ut amplas & opimas conditiones & occasiones hinc ad magnos Romanos
Imperij Electores, Principes, Academias & urbes abeundi oblatas sponte di-
misserit ac repudiariet. Id quod sciunt non pauci quibus hoc noster pie defunctus

ope-

A 3

aperuit, vel publica & communis fama nuntiavit. Hoc ergo theatrum illud fuit, & ooo
stadium, iste campus, in quo virtutum suarum exercitia sine intermissione obivit,
hic eas non solum oculis Gratiarum exposuit, sed & Litoris, hic voculas amul-
orum recti conscientia exceptit, hic nomen suum non parietibus domorum, sed ipsius
Academie, provinciae, totius Germaniae & extra eam, quo preclara ingenij mo-
numenta literis publice editis consignata perveniunt, adscripsit, affixit, insculpsit.
Atq[ue] ita pollicem unum hujus heros in manu dextera, publici negotijs dedicata
exiguis lineis mensis descripsit, quamam vero totius ex hoc membro magnitudinem
colligemus? sed & private vita mentionem breviusculam faciamus: cum pro-
lixam nec tabella capiat angustia, & alijs uterque locus integer haud dubie reser-
vetur. Timorem Domini esse initium sapientie, docent nos sacra literae: Pietatem
vero in aulis raram avem esse, vulgus passim nugatur. At nosfer hic auctor, ut
illud sacrarum literarum probabat revera, ita istud falsum esse tota vita docebat.
Pietatem ex instinctu ductus, Spiritus Sancti quasi unicam & propriam virtutem
exercebat, hinc suarum actionum, ut scriptorum quoq[ue] tituli passim testantur, du-
cebat initia, hic exitum referebat: quod non solum usitat a pietatis exercitia, sed &
peculiaitia documenta & publicis typis edita monumenta confirmant. Quoties die-
bus festis Ecclesia alicujus beneficij ad salutem nostri generis divinitus profecti &
collati memoriam solenniter celebrabat, nullam fere occasionem pietatis & grati-
tudinis erga Deum declaranda pretermittebat: Ex plurimis recentissimum illud
in festo resurrectionis Dominica publico datum vel solo titulo indicat, quibus me-
ditationibus & ipse ea tempora traducere consueverit, & quanto studio ad eandem
virtutem alios cohortatus sit. Pietati par erat caritas, etiam in eos, quos hostili-
ter in se animatos putabat, quod mibi ipse credo, cui in animo etiam nunc scripta
illa dicta sunt, quae cum domi proxime loquentem vidi, ex initimo corde, ut os ar-
guebat, protulit: Par erat amor pacis domestica, ne probitatis exemplum liberis
foris potius quam domi viderent, studium concordie inter collegas Academicos,
firmissimam minaretur, conservande si dissipasset, conjungende & restaurande: Cultus
modestiae, quae se nemini collegarum, licet in sublimiori dignitate gradu posset,
ultra decorum preferebat: sed & suavissimo collegarum titulo salutabat ac ipso
usu & revera honorabat. Beneficentiam & liberalitatem pauperes predicare non
desistunt, haud dubie mox amplius predicatur. Diligentiam & assiduitatem la-
borum forte paucis imitabilem tum preclara ingenij monumenta produnt, tum
vero imbecillior valetudo ex laboribus contracta: quam tamen temperantia, me-
dicorum consilio & medicamentorum usu sic emendavit, ut quotidie vegetor &
vividior appareret, ad obeundas actiones satis expeditus, nisi quod est sedentaria
vita & perpetua gravissimorum negotiorum cura nonnihil incommodi sentiret, cui
tamen, quantum potuit corrigendo subvenit. | Quo statu valitudinis, decursu
aliquot

aliquot, supra viginti, annorum fuit. Ante quinquennium tamen hypochondria-
ce & seborutis insultus nonnunquam cum vertigine per intervalla molestia ex-
pertus fuit, & quibus similiter liberatus ope & consilio Clarissimi & Ex-
perientissimi Dn. D. JACOBI FABRICII Archiatri Megapoli-
taniani collega & amici nostri honorandi, convaluit, & ad pristina munia,
quibus obeundis in pigerrimum in ipsis morborum paroxysmis sese prestat, feli-
citer est reversus. Sensit vero paulatim continuis ipsis & Herculeis fere laboribus
nativum calorem imminui, & facultates naturales in primis ventriculi, quam to-
ti corpori familiariter oportet, cuiusque detrimentum totius corporis detrimentum in
Epidemias dicit Hippocrates, subinde magis magis vacillare, & officium suum mi-
nus recte facere. Unde porro alia atq; alia incommoda prodierunt, flatuum copia,
intestinorum distensiones, ventris dolores, que omnia, licet magnos cruciatu[m] ex-
citantia, patienter & ut virum deceret, exceptit, nec se suamque vitam Deo com-
mendare desit. Licet enim illa quodammodo mitigata interdum remitterent,
cum tamen ob virum inbecillitatem & naturam labefactatam parum diurnae
ac certae essent induciae, nec in arte medica spem supereesse, sed omnia ad finem in-
clinare, ipsemeger, utpote rerum medicarum in primis gnarus animadverteret,
maxima animi tranquillitate & ab omni perturbatione libera mente, totum sese
convertit ad generis nostrae Servatorem unicum Dn. nostrum IESUM Christum
atque fiduciam in ipsum suam & ore & omnibus rebus testam secit, sicque se sacro-
sancto corporis & sanguinis illius viatico optimè instructus, ad vita exitum quam
patientissime paravit, neque quidquam istorum neglexit, quæ tali tempore transi-
genda erant viro sapientissimo, p[re]fissimo, quod sciunt & sancte dicere possunt quo-
rum lacrume & preces beatissima ejus animam ex his corporis compedibus in etern-
um patriam migrantem ingenti luctu ipsis eidibus hujus mensis hora secunda ma-
ritina sunt prosecuta. Igitur talem ac tantum virum tam bene de sua familia,
de Academia, de provincia meritum, cum Deus idem Opt. qui Max. pro sua pro-
videnti & atibus nostris diutius interesse noluerit & mirum non est, si in lacrimis
& luctu sit tota familia; & in primis relicta vidua, marii unice dilectissimi nunc
erepti desiderio afflictæ cum relictis liberis, cognatis & affinibus, qui omnes defun-
tum requirunt frustra & mero pene contabescunt; in cura ac dolore veretur
provincia, Academia vero: sed quid illi tribuam? quæ instar p[re]iae maris tanti
estimator sua sibi collata beneficia, ut vitam sine hoc filio suo & alumno parum sibi
vitalem existimeret velo Timantibus opus erit: quicquid enim alijs tribuetur, minus
videtur, quam ut magnitudinem doloris quem Academia mater sentit indicare &
exprimere posse. Ut ergo sit, faciendum est, quod pietas, quod rectaratio, quod
amici vidue tristissime, liberis mestissimis, cognatis & affinibus in tanto luctu,
merore & lacrimis vel inperant vel suadent. Dei quem Opt. simul & Max. esse
scimus, voluntas respicienda est, cuius benignitas cum nunc vidua ante a maritum,
liberis

Liberis parentem, Academia cives & patronum largitus est: idem sapientissime pro sua providentia plus quam paterna, quem dederat, sibi recepit. Quid conqueri de Maximo, Optimo, Sapientissimo, possumus? Ornatum eum & instruxit eruditione, prudentia, pietate, ut & sibi & alijs inseruire non solum posset, sed & vellet. Fecit illud, ac magnam sui, tanquam luminis paulatim alijs inserviendo consumti, partem Academie impendit, discentes juvit docendo, dubios confirmando, delatos excusando, periclitantes defendendo, prostratos erigendo. Accipiamus, ô cives nostri, accipiamus gratia manu, grata memoria, grato animo, quod Deus felici ejus opera prestare nobis voluit, & oratitudinem nostram Deo & hominibus probemus, ihsus memoriam, non hoc solum exsequali tempore, grata commemoratione & frequenti funeris deductione predicemus sed & quavis occasione commendemus. Evidem hauc leviter accipendum est, quod hac in Academia, subinde viri eximii & singularibus donis divinitus instructi & ornati moriendo discedunt: Etiam celestium corporum defectus, licet naturalibus causis imputentur, tamen haec nibil portendunt. Quare Deus rogandus, ut si quid meriti sumus inpietate, fastu, aforia, falsimonia, alijs ejus nota flagitijs Christiano & literato cœtu indignis, id clementer mitigare & in hostilia sui nominis capita vertere ac deridere velit. Interim tristissime vidisse, mortissimus liberis, adeoq; omnibus, ad quos hujus viri dolor pertinet, Deus dabit spiritum consolacionis, tolerantiam, calamitatibus, patientiam erumna, qua se dirigit, & paternè tamen effectos sentiunt. Nos tibi, ô heros noster, monumentum non ponimus, quod vel æcum vel marmoreum tibi debetur, nec nostrarum id virium est: chartaceum vero nimis vile: Tu tibi non unum posuisti

--- Quod nec Jovis ira, nec ignes
Nec furtum poterit, nec edax abolere vetustas.

Quamvis illa dies, que nil nisi corporis hujus

Jus habet, incertis patrum tibi finiat avi:

Parte tamen meliore tui super aurea vivus

Astra volas, nullis unquam delebilis annis.

Quaq; patet sancti Romana potentia Juris

Semper honos nomeng; tuum laudesq; manebunt.

Ergo quod possumus ultro & promissime faciamus idemq; frequentissime. Invitant nos angustissimo exemplo serenissimi Principes, qui viros aula sua letissimos, honorificissima legatione ad funeris comitatum, aliq; sua Celsit, dignissimis indicis, clementiam, orationem suam luculentissime restantur. Imitemur ô cives nostri, & quem ad vitam revocare non possumus, ad sepulturam ultimo Christianæ pietatis officio deducamus, ac Deum rogemus ut quos abduc in vita habemus Academiae autores, eorum favore, presidio, patrocinio diu gaudeamus. Conventus autem hujus rei ergo fiet in templo Mariano hodie horâ media. P. P. Rostock. sub sigillo Acad. 17. April. Dominica Jubilate anno 1624.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn746960697/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746960697/phys_0013)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn746960697/phys_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746960697/phys_0014)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock


[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn746960697/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746960697/phys_0015)

DFG

temporis D E O mirabiliter dirige
 Etam, Patriam suam Helyetiam, Pra-
 linquens in Romanum imperium
 sincerum verbum DEI pro germina-
 vir juvenis, Linguarum, Historiarum
 & (cujus amore cum primis flagraba-
 incubuit, ita ut Imperator Caiolu-
 Poetica, in quibus inter alia egregi-
 aiae descriptis, non sine singulari an-
 stante Cæsaris documento legit, ac
 reâ, quæ tum magna erat dignitas, e
 occasione stemma Nobile Fidlerianum
 Album Nobilium Romani Imperii
 & ultra, pro placito Cæsareo coopta-
 tem utriusq; sexus derivandum, p
 renovavit. Huncq; meum præno-
 licem Fidlerum ob singularem eruditio-
 ingenij & animi Heroici dotes, pro-
 buit. Hac Nobilitate quamvis no-
 gratiâ Domini mei Jesu Christi, in i-
 menter mihi immerito concessâ:
 pudet, sed magis me nobilitare ci-
 S. S. Ministerium, ad quod Domini
 ministrum suum destinavit. Hæc
 summa dignitas, omnes humanas di-
 titulos superans.

Natus autem sum Ego CONS
 LERUS, Dantisci Anno 1579. 6. I
 tina Patre VALERIO FIDLERO
 re, quondam Ducis Prussiæ Archi-
 Alberti Friderici Consiliario, M
 gard præclaræ Familiæ, & insignium

A 2



mē dete-
 jos dere-
 am, ubi
 enit, ceu
 & Poëse-
 ligenter
 opera.
 Germa-
 nate (te-
 ltrò lau-
 rit, & hac
 cum, ad
 centum
 posterita-
 Cæsareo
 vum Fe-
 ræclaros
 ario ha-
 sed solâ
 erio cle-
 jesus non
 ogiam &
 avit, &
 as: hæc
 onorum

IS FID-
 LERUS
 tâ matu-
 re Docto-
 rij Ducis,
 d Herm-
 atronâ,
 quæ